



Co-funded by the  
Erasmus+ Programme  
of the European Union



# EULALIA MEETING

21-22.07.2020

ILARIA TORZI

UCSC MILANO-BRESCIA

# PRAEAMBULUM

- SOME GRAMMAR EXERCISES OF MULTIPLE CHOICE LINKED OR NOT TO A TEXT.
- YOU CAN COMPLETE THEM USING ANY PLATFORM AS GSUITE. I USED THEM DURING THE RECENT LOCKDOWN AS A REMOTE TEST FOR FIRST YEAR HIGH SCHOOL STUDENTS.
- USING THE TEXT ON LINE, THE ORDER OF ITEMS IS HIGHLY UNPREDICTABLE

	Fera	Felicem	Omnibus	FeroceS	Severo	Dulcis
Pastorem						
Animalia						
Hostes						
Pueris						
Matris						
Consuli						

# EXAMPLE

LINK THE NAME TO THE ADJECTIVE

## EXAMPLE: FILL THE BLANKS

CONSUL COPIAS AUXILIO \_\_\_\_\_ MISIT

- SUI
- SUIS
- SUIBUS (A LOT OF MY STUDENTS CHOSE  
THIS!!! OINK OINK)
- SUORUM

CUM ROMAM \_\_\_\_\_, AMICOS  
MEOS VIDEBO

- REVERTO
- REVERTOR
- REVERSUS SUM
- REVERTERO

# PRAEAMBULUM: COMPREHENSION

- THE TEXT IS NOT AN ORIGINAL AUTHOR TEXT
- IT INCLUDES:
  1. NOMINA PRIMAE ET SECUNDÆ DECLINATIONIS
  2. ADJECTIVI CUM NOMINATIVO –US/-ER; -A; -UM
  3. PREASENS ET IMPERFECTUM, ACTIVUM ET PASSIVUM
  4. IS, EA, IT
  5. SUM CUM DATIVO
  6. SENTENTIA QUAE CAUSAM INDICAT

1

Italia peninsula est sed **apud** eius oras multae insulae sunt: Sicilia, Sardinia, Corsica, Ilva, Caprae. Olim silvae densae et magni fluvii Italiam ornabant; multae et pulchrae Nynphae in silvis et fluviis vivebant. In ripis fluviorum magna copia clarorum oppidorum erat; cum antiqui Romani Italiam habitabant, interdum fluvii ripas inundabat, agros hortosque vastabant, sed agricultae laboriose agros colere volebant, quia **ii** multum frumentum et pulchras uvas producebant. Agricolis parvae casae in agris erant, sed domini Romani in magnis villis vivebant **vel** in oppidis vel in insulis; saepe villas dearum et deorum statuis ornabant. Antiquis Romanis magna bellorum et victiarum gloria erat, sed Romae multi et docti poetae erant; **ii** Latinam et Graecam linguam conoscebant et multa scripta componebant, quia Romanam gloriam canere volebant. Etiam nunc multi ex alia patria in Italiam veniunt quia in terra nostra laborare possunt.

5

10

ITALIA

Sicilia, Corsica et Ilvae Italiae insulae sunt

V F

Olim Nymphae in densis silvis erant sed interdum in oppida veniebant

V F

Oppida multa et clara apud fluvios surgebant

V F

Antiqui Romani agros colere nolebant, quia interdum fluvii agros inundabant

V F

Agricolae magnas casas habebant sed in oppido vivere malebant

V F

Dominis villae erant et in villis multae statuae erant

V F

Antiqui Romani multa bella vincebant

V F

Romae multi poetae nati erant et ii solā linguā Latinā scribebant

V F

Romae poetae Romanorum bellorum victorias canebant, quia Romanis magna gloria erat

V F

Etiam nunc multi ex aliis terris in Italiam veniunt, quia in Italia laborare volunt

V F

CHOOSE TRUE OR FALSE (VERUM/FALSUM)

# GRAMMAR: MULTIPLE CHOICE

V. 1: APUD EST:

- PRAEPOSITIO CUM  
ACCUSATIVO
- PRAEPOSITIO CUM  
GENITIVO
- ADVERBIUM
- CONIUNCTIO

V. 6: II EST:

- PRONOMEN NOMINATIVUM  
MASCULINUM SINGULARE
- PRONOMEN NOMINATIVUM  
MASCULINUM PLURALE
- PRONOMEN GENITIVUM  
MASCULINUM SINGULARE
- PRONOMEN MASCULINUM  
GENITIVUM PLURALE

V. 8: VEL EST

- CONIUNCTIO COPULATIVA
- CONIUNCTIO  
ADVERSATIVA
- CONIUNCTIO DISIUNCTIVA
- CONIUNCTIO  
DECLARATIVA

# TRANSFORM THE SENTENCES INTO OTHER EQUIVALENT SENTENCES ACCORDING TO THE GIVEN INDICATIONS

- V. 2: OLIM SILVAE DENSAE ET MAGNI FLUVII ITALIAM ORNABANT

OLIM ITALIA \_\_\_\_\_ ORNABATUR

- V. 7-8: DOMINI ROMANI IN MAGNIS VILLIS VIVEBANT

DOMINI ROMANI IN MAGNĀ \_\_\_\_\_ VIVEBANT

- V. 9-10: ROMANIS MAGNA BELLORUM ET VICTRIARUM GLORIA ERAT

ROMANI \_\_\_\_\_

- V. 12: NUNC MULTI ALII EX ALIA PATRIA IN ITALIAM VENIUNT

OLIM MULTI ALII EX ALIA PATRIA IN ITALIAM \_\_\_\_\_

# A1: COMPREHENSION, ISIDORUS

IT'S REALLY EASY, ONLY WITH:

- PRONOMEN RELATIVUM
- SENTENTIA QUAE CAUSAM INDICAT
- SENTENTIA CUM UT
- OMNES DECLINATIONES
- MODUS INDICATIVUS ET SUBIUNCTIVUS
- COMPARATIVUS GRADUS....

1 Mensis nomen est Graecum et de lunae nomine tractum est. Luna  
enim “méne” Graeco sermone vocatur, unde et apud Hebraeos  
menses legitimi non ex solis circulo, sed ex lunae cursu  
enumerantur, quod est de nova ad novam. Aegyptii autem primi  
5 propter lunae velociorem cursum, et ne error computationis eius  
velocitate accideret, ex solis cursu diem mensis adinvenerunt,  
quoniam tardior solis motus facilius poterat comprehendendi.  
Ianuarius mensis a Iano dictus (est), cui fuit a Romanis  
consecratus, vel quia limes et ianua est anni. Unde et bifrons idem  
10 Ianus pingitur, ut introitus anni et exitus demonstraretur.  
Februarius nuncupatur a Februo, id est Plutone, cui eo mense  
sacrificabatur. Nam Ianuarium diis superis, Februarium diis  
Manibus Romani consecraverunt. Ergo Februarius a Februo, id est  
Plutone, non a febre, id est aegritudine, nominatus.

**DE MENSIBUS:**  
**IN HAC PARTE ISIDORUS**  
**DE MENSE LOQUITUR;**  
**NOMINIS ORIGINEM**  
**EXPLICAT ET**  
**PRAESERTIM DE**  
**IANUARII ET FEBRUARII**  
**MENSIBUS**  
**ETYMOLOGIAM**  
**EXPONIT**

COMPLETE THE PARAPHRASE  
OF THE TEXT, FILLING THE  
BLANKS WITH THE NUMBER  
OF THE RIGHT WORD

1. Qui	9. Nomen
2. Superior	10. Febris
3. Nominis	11 Sole
4. Huic	12. Superius
5. Solis	13. Ianuae
6. Febres	14. Quod
7. Ianuam	15. Ianuam
8. Vocant	16. Vocatur

Nomen “mensis” a graeco verbo, \_\_\_\_\_ Lunam significat, originem trahit. Mensis longinquitas a Hebraeis ex Lunae cursu computatur. Lunae cursus velocior quam \_\_\_\_\_ errorem computationis afferebat, ergo Aegyptii ex Solis circulo menses computaverunt. Romani dicaverunt Iano mensem lunuarium, mensis enim ab eo \_\_\_\_\_ accipit. Ianuarius est similis anni \_\_\_\_\_, quā posterus annus ingreditur et \_\_\_\_\_ egreditur. Februarius dicitur a Februo, qui etiam Pluto \_\_\_\_\_ et Romani eo tempore \_\_\_\_\_ deo sacrificia faciebant. Februus non \_\_\_\_\_ mensi nomen dat et diis Inferis dicatur.

# COMPREHENSION: MULTIPLE CHOICE

Quid significat “méne”?

- In Graecā linguā “méne” mensem significat
- In Hebraicā linguā “méne” Lunam significat
- In Graecā linguā “méne” Lunam significat
- In Latinā linguā “méne” alter nomen est Lunae

Quomodo Hebrei menses enumerant?

- Menses apud Hebreos de nova ad novam Lunam computantur
- Menses apud Hebreos ex Solis orbitā computantur
- Omnibus mensibus apud Hebreos triginta dies sunt
- Hebrei menses enumerant et ex Solis cursu et ex Lunae orbitā

Cur Ianuario hoc nomen est?

- Quia Graeci Iano eum dicaverunt
- Quia novum annum introducit
- Quia duodecimus mensis est
- Quia Hebrei hunc tamquam anni limitem viderunt

Cur Februario hoc nomen est?

- Quia hoc mense multi in morbum incidunt
- Quia hic mensis ab Inferorum deo nomen accipit
- Quia hic mensis diis Superis consecratus est
- Quia hic mensis Februo, id est febiris deo, dicatus est

## TRANSFORM THE SENTENCES INTO OTHER EQUIVALENT SENTENCES ACCORDING TO THE GIVEN INDICATIONS

HERE WE HAVE ALSO CUM ET SUBIUNCTIVUS AND ACCUSATIVUS ET INFINUTUM

V. 8-9: IANUARIUS MENSIS A IANO DICTUS (EST), (...) QUIA LIMES ET IANUA EST ANNI

- IANUARIUS MENSIS A IANO DICTUS (EST), (...) CUM LIMES ET IANUA \_\_\_\_\_  
**ANNI (CUM ET SUBIUNCTIVUS)**

V. 12-13: NAM IANUARIUM DIIS SUPERIS, FEBRUARIUM DIIS MANIBUS ROMANI  
CONSECRAYERUNT (2P)

- NAM DICUNT IANUARIUM DIIS SUPERIS, FEBRUARIUM DIIS MANIBUS
-

# A2: COMPREHENSION, LIVIUS

TEXT QUITE LONG AND DIFFICULT, WHICH INCLUDES:

- PRONOMEN INDEFINITUM
- CUM ET SUBIUNCTIVUS
- PARTICIPIUM
- GERUNDIUM; GERUNDIVUS
- VIDEOR
- SENTENTIA INTERROGATIVA
- VEREOR
- PAENITET ECC

## **Scipio hortatur milites ut pro Italia pugnent (Livius)**

*Publius Cornelius Scipio, qui castra ad Ticinum movit, suos novos milites hortatur. Exercitus qui cum eo in Galliā pugnavit, in Hispaniam proficiscitur, sed Scipio in Italiam revertit ut contra Hannibalem ipsum decertet. Scipio bellum Punicum primum et Romanorum victorias reminiscitur, deinde milites hortatur ut contra hostem in Italia, pro suis propinquis et familiaribus, qui nullam aliam spem habent, pugnant.*

**\*HERCULES FUIT UNUS  
GRAECUS HEROS QUI  
MAXIMIS CUM**

**DIFFICULTATIBUS ALPES  
TRANSIRE POTUIT**

**\*\*IMPERTITUM, -I, N. =  
BENEFICIUM**

- 1 Non vereor ne quis me (= Scipionem) haec vestri adhortandi causa magnifice loqui existimet, ipsum aliter animo adfectum esse. Licuit in Hispaniam, provinciam meam, quo iam proiectus eram, cum exercitu ire meo, ubi et fratrem consilii participem ac periculi socium haberem et Hasdrubalem potius quam Hannibalem hostem et minorem haud dubie molem belli; tamen, cum praeterveherer navibus Galliae oram, ad famam huius hostis in terram egressus, praemisso equitatu ad Rhodanum movi castra. Equestri proelio, qua parte copiarum *conserendi* manum fortuna data est, hostem fudi; peditum agmen, quod in modum fugientium raptim agebatur, quia adsequi terra non poteram, regressus ad naves (...), in radicibus prope Alpium huic timendo hosti obvius fui. Utrum, cum declinarem certamen, improvidus incidisse videor (vobis) an occurere in vestigiis eius, (...) ac trahere ad decernendum? Experiri iuvat utrum alios repente Carthaginienses per viginti annos terrā ediderit *an* iidem sint qui ad Aegates pugnaverunt insulas (...) et utrum Hannibal hic sit aemulus itinerum Herculis\*, *ut* ipse fert, an vectigalis stipendiariusque et servus populi Romani a patre relictus. (...)
- 5 Itaque vos ego, milites, non eo solum animo quo adversus alios hostes soletis, pugnare velim, sed cum indignatione quadam atque ira. (...). Licuit ad Erycem clausos (Carthaginienses) ultimo suppicio humanorum, fame interficere; licuit victricem classem in Africam traicere atque intra paucos dies sine ullo certamine Carthaginem delere; veniam dedimus precantibus, emisimus ex obsidione, pacem cum victis fecimus, tutelae deinde nostrae duximus, cum Africo bello urgerentur. Pro his impertitis\*\* furiōsum iuvenem sequentes oppugnatum patriam nostram veniunt. Atque utinam pro decore tantum hoc vobis et non pro salute *esset* certamen. Non de possessione Siciliae ac Sardiniae, de quibus quondam agebatur, sed pro Italia vobis est pugnandum. Nec est alius ab tergo exercitus qui, nisi nos vincimus, hosti obsistat, nec Alpes aliae sunt, *quas* dum superant, comparari nova possint praesidia; hic est obstandum, milites, velut si ante Romana moenia pugnemus
- 10
- 15
- 20

## PUT IN ORDER THE STATEMENTS ACCORDING TO THE TEXT YOU HAVE READ

1. SCIPIO MENTIONEM FECIT DE PROELIO APUD AEGATES
2. IN HISPANIA SCIPIONIS FRATER TAMQUAM COMES ET CONSILII AUCTOR ERAT
3. POST BELLUM PUNICUM PRIMUM ROMANI CLEMENTES IN HOSTES FUERANT SED II CONTRA ROMANOS RURSUS  
PROELIUM COMMISERUNT
4. NULLUS ALIUS EXERCITUS NULLUMQUE ALIUM PRAESIDIUM EOS SERVARE POTERAT
5. BELLUM CONTRA HASDRUBALEM SCIPIONI MINUS PERICULUM QUAM BELLUM CONTRA HANNIBALEM PRAEBEBAT
6. PROELIUM IMMINENS PRO MILITUM ET CETERORUM ROMANORUM VITĀ AC LIBERTATE ERAT
7. SCIPIO IN HISPANIAM PROFICISCI POTERAT CUM SUO EXERCITU, QUIAILLA PROVINCIA EI REGENDA ERAT
8. SCIPIO HOSTES VICIT ET INSECUTUS EST USQUE AD ALPIUM RADICES UT HANNIBALEM AGGREDERETUR
9. SCIPIO AD RHODANUM MOVIT, POSTQUAM EQUITES ANTE SE PREAMISERAT
10. SCIPIO DIXIT HANNIBALIS PATREM EUM ROMANORUM SERVUM RELIQUISSE

# COMPLETE CORRECTLY ACCORDING TO THE TEXT YOU HAVE READ

SCIPIO SCIT \_\_\_\_\_

- NEMINEM PUTARE EUM TANTUM AD MILITES HORTANDOS ELOQUENTER LOQUI
- OMNES PUTARE EUM FIDEM NON HABERE IIS REBUS QUAS ELOQUENTER DICIT
- OMNES PUTARE EUM PENITĒRE EIUS REGRESSUS IN ITALIAM
- NEMINEM PUTARE EUM CONTRA HANNIBALEM PUGNARE VELLE

BELLUM IN HISPANIA SCIPIONI FACILIUS ERAT \_\_\_\_\_

- QUIA FRATER EIUS IBI PRAETOR ERAT
- QUIA FRATER EIUS DUX PERITIOR EO ERAT
- QUIA HANNIBAL NON IN HISPANIĀ SED IN ITALIĀ ERAT
- QUIA DUO EXERCITUS IN HISPANIĀ EI ERANT

POSTQUAM SCIPIO AD RHODANUM CASTRA MOVĒRAT, \_\_\_\_\_

- EI NON VISUM EST STATIM CUM HANNIBALE PUGNARE
- EUM PUDUIT CLADIS EQUESTRI PROELIO
- EQUESTRE PROELIUM COMMISIT ET HOSTEM VICT
- EQUITUM ET PEDITUM AGMEN PETIVIT SED VICTUS EST.

SCIPIO IN RADICIBUS PROPE ALPIUM HANNIBALI OBVIUS FUIT

- 
- QUIA IMPROVIDUS IN EUM INCIDĒRAT
  - QUIA CUM EO CONSERĒRE MANUS VOLEBAT
  - QUIA AB HANNIBALE COACTUS ERAT AD PUGNAM
  - QUIA PEDITUM AGMEN EUM USQUE AD ALPIUM RADICES DEPULĒRAT

